



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

DCCCXXVII. Der Römische Tribun Cola Rienzi citirt, namens des
Römischen Volks, kraft der von diesem wieder übernommenen
Weltherrschaft, den Markgrafen von Brandenburg und die Prätendenten
des ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56193](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56193)

pem dominum Woldemarum, Regem Dacie, commendabili viro fratri Henrico Tusmer, magistro generali ordinis sancte Marie domus Theuthonicorum, et suis fratribus totique ordini fratrum eorundem, super sex milibus marcarum puri argenti ad vsum jam dicti domini Regis expositarum sub vero et integro sigillo ejusdem domini Regis vidisse et audiuisse tenorem qui subsequitur de verbo ad verbum continentem.

Nos Woldemarus, Dei gratia Danorum Slauorumque Rex, Omnibus, ad quos presentes peruenerint, cupimus fore notum, quod Nicolaus dictus Hane et dominus Henricus de Lüneburg, noster cancellarius, et nostri fideles, a religiosis viris fratre Theoderico de Stocken, camerario in Vellyn et fratre Henrico Mornewech camerario in Segewolde, ex parte fratris Henrici Tusmer, magistri generalis ordinis sancte Marie domus Theuthonicorum in Prussia, et fratris Goswini, magistri dicti ordinis, sex milia marcarum puri argenti in argento et auro numerato et ponderato in ciuitate Lubicensi in domo consulum subleuauerunt pro nostris vsum, ita quod contentamur. De quibus sex milibus marcarum puri argenti dictos magistrum generalem, fratrem Henricum Tusmer et fratrem Goswinum, magistrum per Lyuouiam, preceptores et fratres dicti ordinis quitos et excusatos dimittimus per presentes, ita quod per nos aut nostros heredes seu successores moneri deinceps non debeant quoquomodo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum Lübeke, anno domini M. CCC. XLVII, in vigilia apostolorum Petri et Pauli, presentibus discretis viris Magistris consulum et consulibus ciuitatis Lübeck videlicet Henrico Papen, Siffrido de Ponte, Constantino et Hermanno de Wickede, nec non fratre Adam Commendatore in Wismaria, fratre Henrico Rechten vice Commendatore in Danczeke et aliis pluribus fidedignis.

In cuius visionis nostre testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Lubeke, anno domini M. CCC. quadragesimo septimo, ipso die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Nach einer Abschrift in der Dreger'schen handschr. Urkunden-Sammlung.

DCCCXXVII. Der Römische Tribun Cola Rienzi citirt, namens des Römischen Volks, kraft der von diesem wieder übernommenen Welt Herrschaft, den Markgrafen von Brandenburg und die Prätendenten des Kaiserthumes zum nächsten Pfingsten vor sein Gericht nach Rom, am 1. August 1347.

— Et nihilominus ad predicta omnia in specie citari fecimus illustres Principes Ludovicum Ducem Bauarie et Carolum Regem Boemiae, qui se asserunt Imperatores ad Imperium jam electos, Ducem Bauariae, Ducem Saxoniae, Marchionem Brandenburgensem, Archiepiscopos Moguntinensem, Treuerensem et Coloniensem, qui in dictis terminis comparere debent coram nobis et Romani populi officialibus

personaliter: alioquin in eorum contumaciam procedemus, eorum absentia non obstante. Ind. XV., die prima mensis Augusti. Publicata fuerunt praedicta coram Romano populo, accepta et approbata per ipsum populum, existentem in platea Lateranensi.

Ausführlich in Delen schläger's Röm. Staats-Geschichte, Urk.-Buch S. 270.

DCCCXXVIII. König Karl verleiht das Land Stargard und alle andere Lehne, welche Albert und Johann von Mecklenburg von den Markgrafen von Brandenburg zu Lehn getragen haben, denselben als Reichslehen, am 16. Oktober 1347.

Karolus, dei gratia Romanorum rex semper Augustus et Boemie rex, spectabilibus Alberto et Johanni de Mecklenburg, fratribus, fidelibus nostris dilectis, gratiam regiam cum plenitudine omnis boni. Considerantes fidei et deuotionis vestre puritatem immo grata obsequia, quibus nostre majestati vestra fidelitas quam plurimum placidos reddere satagabat et acceptos, et presertim inclinati precibus illustris Rudolphi Ducis Saxonie, Auunculi et principis nostri carissimi, Nobis pro parte vestra oblatis, Vobis et heredibus vestris terram Stargard cum omni jure, dominio et jurisdictione et omnibus utilitatibus et pertinentiis suis, in quibuscunque consistant, immo omnes alias terras, quas hactenus a Marchionibus Brandenburgensibus habere et recipere Vos et progenitores uestri consueuistis, in feudum honorabile et hereditarium, de quibus idem Dux Saxonie autoritate regia inuestire tenebitur, de mera liberalitate et certa nostra scientia conferimus, concedimus et donamus, per vos et heredes vestros habendas et possidendas, utfruendas cum omnibus earum juribus et pertinentiis a Nobis et Romano imperio pacifice et quiete perpetuis temporibus, saliter quod nobis et romano imperio de predictis terris fidelitatis obsequia, dum opportunum fuerit, debeatis exhibere. Super his et aliis, quicquid prefatus Dux Saxonie vobiscum tractauerit, ratum firmum et gratum volumus et promittimus inuiolabiliter obseruare, harum testimonio literarum. Datum in Tuft, in die S. Galli confessoris, anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo septimo, Indictione XV. regnorum nostrorum anno secundo, per manum honorabilis Wenceslai, Pragensis et Wischeradensis ecclesiarum Canonici, nostre aule regalis prothonotarii, vice venerabilis Gerlaci Moguntini Archiepiscopi, nostri et sacri imperii per Germaniam Archicancellarii.

Westphalen, Mon. inedit. IV, 982. — Gerdes Samml. 168. — Frank's Alt- und Neu-Mecklenb. Bd. VI, Cap. XV, 151. — Gerdes's Verm. Abh. III, 39. 40.